



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput II. De Iuramento assertorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

De Iuramento Assertorio.

Ex omnibus supradictis divisionibus Iuramenti, Assertorium, Promissorium, Judiciale propria sunt exequantur in sequentibus indigent tractatione: cetera enim in hunc modum dicuntur, & dicendis opportunam, quanta satis est, explicatio enunciantur.

1. De veritate requisita in Iuramento Assertorio.

Nis perjurus, certum te moraliter esse oportet de veritate, quam iuras. Quare si de illa dubitas, vel non facta sufficienti ad veritatem indagandam, diligenti, tamen eam ut certam iuras, mortaliter peccas, quia censuris iurare falsum, ut ex se constat. Illud con-tingere potest, ut commodum quidem adhiberis in in-quirendo solentiam, sed leviter defeceris: tunc ergo ad veritatem negligentia, levis est culpa.

Sed in quo consistit ea certitudo moralis? Dicco, cum ea possit considerari vel ex parte iurantis, vel ex parte rei iurate, facilius explicati, si de his separatim breviter disputemus.

Certitudo ex parte iurantis.

1. Id sufficienter habetur, si res, de qua profertur iuramentum, secundum modum, & sensum humanum sumpta sic se habeat, ut profertur, v. g. si quis iuret se laicis hoc manē comedisse, se vidisse statum maris, dream lacum, se scire Petrum esse iracundum, &c. non est necesse, ut laudissimum fuerit convivium, marmor verē laicū, Petrum quocunque momento irasci solere: sed satis est, iuxta consuetudinem civitatis, opipare comēdū, marmor ad lactis candorem accedere, Petrum idēdem exardescere; id enim est moraliter laicum, lacum, iracundum, &c.

Hinc non est condemnandus Parochus, si testificetur suum Clericum frequentasse toto anno Ecclesiam, cum tamen per majorem solum anni partem divinis Officiis assistit; id enim est moraliter toto anno frequentasse. Idē die de scholasticis, si testificetur aliquem ex suis scholas simili modo frequentasse. Excepi, nisi forte Vni-versitatis, vel Ecclesie constitutione requirant annum mathematicum: tunc enim non de re morali, sed de re, pro ut animum se habet, iurandum est.

1. Excusavi olim Sacerdotem iurantem se in Paro-chia per Hebdomadam majorem Confessionibus exci-piendis operam dedisse, juxta Edictum Episcopi sub ex-communicatione lata sententia id præcipientis, & vides, quam severē: Sed non juxta Concilium Tridentinum, quod gravissimam hanc penam non adeo facile fulci-gnandum prudenter monet) excusavi autem ex prædicta doctrina, quod, licet per aliquem diem abfuerit, moraliter tamen semper adfuit, unde etiam ab excommunicatione eundem liberavi. An liberari poterit ab excommunica-tione ex eo, quia officium, vel beneficium ejusmodi Sa-cerdos non habet, sicut in simili edicto excusatus fuit, sed à processibus: ex Bar. in Conc. Trid. sess. 25. c. 23. & Reg. 40. vel ex eo, quod non obstante illo (lata senten-tia) ex modo fulminandi, & ex consuetudine acceptatione fratrum ecclesiarum, illa fuerit solum comminatoria, ab omni etho iudicium. Quod si is in alia, & non in Eccle-sia Parochiali, Confessiones audisset? excusasset etiam non invitus, quia jam suum munus utiliter, saltem per æquivalentes, obfisset: multo magis si id fecisset in sua Ecclesia, cui fortē serviebat; ei enim, & usque servitio non censendus est Episcopus præjudicare voluisse.

4. Ad moralem item certitudinem ex parte rei iu-rata pertinet locutio hyperbolica: Iuro Petrum infinitis pollere divitiis, à me infinito amore te diligere, innume-rabiles esse tuos æmulos, &c. ut enim veritate non ca-veant hæc iuramenta, satis est divitiis, anorem, æmu-

los, aliquo tandem modo excedere: id enim est prædi-cta esse talia humano more, & moraliter.

5. Atque hæc, ut semel dicam, locum etiam habent in iuramento promissorio, ut si tibi promittam infinitas gratias acturum, si mater iuret filium rixantem se occi-surum, vel caput fracturum; si vir Vrbani, ut honore alium præveniat, inter se primum non egressurum ex janua, &c. Ad holum enim veritatem satis, superque est extraordinaria quædam gratitudo; Punio filij qualif-cunque; Animus qualis qualis non egrediendi: si quidem hæc dumtaxat per illa verba intelliguntur.

Certitudo moralis ex parte iurantis.

6. Hæc tunc adest ex Sanchez, mox citando, cum iu-rans iuxta ac iurat, rem se habere, prudenter putat, & non levis conjectura ductus, sed certa, verisimili, aut pro-babili.

Profecto illud (verisimili, aut probabili) explicatio-nē indiget, licet enim ad prudenter, & sine peccato ope-randum, satis sit probabilitas bonæ actionis: at ad iu-randum, non quælibet probabilitas, sed ea, quæ ad cer-titudinem moralem faciendam perveniat, necessaria est. Explico. Probabile est, v. g. Sacerdotem Religiosum aliās consuetum quotidie celebrare, hoc manē celebrasse: pos-sum ergo sine culpa mendacij, & prudenter affirmare eum Missæ Sacrificium hoc manē obtulisse: at non pos-sum idipsum iurare, quia licet probabile sit, non est ta-men certum; quod si accedat dictum alicujus viri fide digni, qui mihi testatus sit vidisse illum Sacerdotem hoc manē celebrantem, possem iurare, quia tale testimo-nium facit rem morali, & suo modo certam. Ratio au-tem hujus doctrinæ est, quia ad prudenter agendum sa-tis est certitudo, quam humana prudentia requirere so-let ad iurandum requiritur, insuper et certitudo, quæ digna sit, cui adherere cum reverentia possit invocatio Dei in testem, id quod aliquid plus, quam quamlibet probabilitatem adesse debet convincit.

7. Illud advertit: in iudicio, & in contractibus non satis esse certitudinem moralem, quæ confurgit ex au-ditu cujuscunque etiam fide dignissimi, quia communi-ter in his non petitur, & quidem à legitima potesta-te, cui ex vi iustitiæ legalis, saltem posito, quod testifica-ris, respondere cum veritate debes) non petitur, inquam, certitudo ex auditu, qui non facit semiplenam probatio-nem, sed ex certa scientia, quæ facit. Ita Sanch. in Dec. lib. 3. c. 4. n. 13. Bon. tom. 2. d. 4. de iur. q. 1. p. 3. num. 7. & sic præcipitur c. testes 3. q. 9. Dxi (communiter) nam quando petitur informatio, personæ, v. g. vel vitæ & famæ, vel similibus, cum non intendatur à iudice certitudo de vi-su, satis est certitudo moralis ex auditu, ex Sanchez ibid. si quidem metaphysica, & omnimoda de his, nec haberi, nec queri solet.

8. Atque ex his rectē Hurtadus 2. 2. d. 173. sect. 15. §. 200. apud Dian. p. 5. tr. 7. de scand. res. 10. Scholasticus (inquit) solens probare cursum, ad quod eget duobus testi-bus, adhibere potest duos amicos, qui illum non viderunt in-teresse lectionibus, at satis sibi persuadent illum interfuisse at non possunt iurare se id vidisse. Hæc ille; Quæ sola ap-probat de Lugo 1. 2. de iust. d. 39. sect. 3. n. 19. & nil am-plius si attentē legatur.

9. Quidam multa fide dignus testibus carebat, pro credito mille aureorum, qui à debitore sibi negabantur: ergo viros duos sibi per familiares convenit, rogatque, ut pro se, si quæ credito apud iudicem testificentur, sic fore, ut adversarius ad solvendum legitime compelleretur. Ij ad me confugerunt interrogaturi, an possent fidem certam habere dignissimo illi creditori, & testimonium deponere de certa scientia crediti.

10. Respondi non posse, quia tamen ejusmodi cre-ditori integrum sit propter certum debitum, omni me-liori via contra debitoris bona confingere, sibi que clam, quod suum est compensare, & insuper iurare cum æqui-vocatione coram iudice, amicis tamen non licet testimo-nium certum de scientia ferre in iudicio; Iudices enim, ut modò dicebam, non petunt, an quid quis noverit

quacunq̃ certitudine morali, sed certitudine scientiæ, quam tamen non habent dicti testes, habet verò ipse creditor. Quare nisi ad iudicis mentem juraretur, quæ humana iudicia enervarentur. Hanc autem mentem legitime habet iudex ad bonum publicum, cui ex iustitia legali cedere debet quacunq̃ pecuniaris utilitas. Dixi, in hoc casu, ubi legitime jam procedit iudex: si enim non legitime procederet, tunc posset testes æquivocare dicitur *infra*, cap. 4. §. 2.

11. Jam verò alia non multò post fuit solvenda difficultas: Boni illi viri, nescio qua mori causa, testimonium tandem fecerunt, quo facto, creditor pecuniam suam facile obtinuit, ad quid ergo eos obligabimus?

12. Respondeo, si bona fide fecissent, ad nihil, quia sic non peccassent Theologicè, atque adeò ex probabili scientia ad nullam poenam (cùm hæc condignam culpam sequi debeat) essent condemnandi; at verò cùm contra datum consilium, atque adeò fide mala processerint, res difficultate non caret. Putavi nihilominus ad restitutionem non teneri: Ita de Lego *ibid.* ex Nav. in man. c. 25. n. 4. 1. & ratio fuit, quia, esto peccaverint, peccaverintque contra fidelitatem iudici, seu foro, bonoque publico debitam, non tamen peccaverunt contra iustitiam commutativam: quia verè secunda debebatur, idque ipsis, ut supponimus, moraliter constat. Cùm ergo ad prudenter operandum, vel non operandum satis sit, ut diximus, probabilitas, multoque magis certitudo moralis, pro restitutione non sunt compellendi.

13. Petes, an eadem certitudo moralis requiratur in juramento iocoso? Respondeo eadem: sic Azor. 1. 1. lib. 11. c. 12. q. 4. quia posito, quòd tale juramentum sit verum, invocativum scilicet Dei, veritatem æquè, ac juramentum ferium continere, propter æqualem rationem, debet.

CAPUT III.

De Juramento Promissorio.

§. I. De Veritate requisita in Iuramento promissorio.

Juramentum promissorium cùm veritatem de presenti habere debeat, conveniatque in hoc cum assertorio, requirit, ut is, qui illud assert, animum habeat adimplendi, quod promittit: secus, peccare verò perjurio nimis clarum ex dictis est. Unde controversia apud Doctores non est, an rem etiam levissimam cum animo non implendi per juramentum promittere peccatum sit mortale, est enim certò mortale, ut *suprà* vidimus. Controversia quidem est, an sub mortali illam rem levem adimplere is, qui juravit obligetur: sed de hoc mox §. 3. n. 4.

Quid si quis promittat se commissurum peccatum mortale: quid si veniale? quid si rem contra Christi consilia? de his agam mox §. 6.

§. II. De Iuramento promissorio doloso.

Ilicitum an sit hoc juramentum, est primò quærendum, mox, an ex illo aliqua nascatur obligatio. Ex quibus tribus modis potest in illo dolus intercedere. Primò, si juretur sine animo implendi. Secundò, si sine animo jurandi. Tertiò, si sine animo se obligandi, seu (quod in idem videtur recidere) sine animo promittendi.

De illicito usu juramenti dolosi promissorii.

1. **C**ertum est primò, jurare sine animo implendi esse mortale. Ita Less. lib. 2. c. 42. dub. 9. n. 42. Suar. tr. 2. Rel. lib. 3. de jur. cap. 17. a. n. 7. & communiter: patet ex dictis. Certum est secundò, jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis, vel jurare verbis æquivocis non esse licitum sine causa, licitum esse cum causa, juxta ea, quæ diximus cap. 2. §. 2. & 3. quæ sunt recoſenda, quia quantum ad hoc eadem est ratio assertorii, & promissorii.

illi illud est advertendum, facilius ex hoc capite in promissorio mortaliter peccari posse, quàm in assertorio: quia in promissorio aliquid tertio promittitur, unde facilius potest prius damnum intercedere, quo notabili accedente, mortaliter peccabitur.

2. Unum ergo superest, an sit licitum jurare sine animo promittendi, vel sine animo se obligandi? semper autem præcindimus à damno proximi, propter hoc enim peccari contra iustitiam, nimis sæpè dictum est.

3. Præmitto tripliciter, quantum facit ad nos, posse quempiam jurare sine animo promittendi, seu non se obligandi. Primò, animo promittendi sub obligatione promissionis ex vi fidelitatis debita ei homini, cui sit promissio. Secundò, sine animo promittendi sub obligatione juramenti ex vi Religionis, licet cum animo dicatur humana promissionis. Tertiò, sine animo promittendi absolute, hoc est, quo quis nullo modo vult promittere, nec scilicet coram Deo, nec, ut ita dicam, coram homine, & iterum, nec cum obligatione promissionis, nec cum obligatione verificandæ assertionis futuræ.

4. Dico primò, si quis juret cum expresso hoc tertio animo, nullo modo promittendi, vel se obligandi, non esse mortale. Ratio est, quia sic jurare est non jurare: non enim potest esse vel intelligi juramentum, nisi ut productivum obligationis, si ergo hanc obligationem positivè excludis, nec quis, ut juramentum illam producat, convinceris nolle jurare. Ita Sanch. lib. 3. c. 6. n. 7. & c. 10. num. 8. Bonac. disp. 2. de jur. q. 1. p. 7. n. 3. alique. Vide etiam Castr. 1. 3. tr. 14. disp. 2. p. 2. n. 6. Dixi (cum expresso animo) nam ad verum juramentum non requiritur expressus animus promittendi, vel se obligandi, si quidem satis, superque est, si animus jurandi habeatur, eo enim ipso, quo quis jurat, scitque quid sit jurare, velle censetur, quæ necessarii sunt connexa juramento, nisi ea expressè excludat. Sic Sanchez Suar. Bon. cità Castr. l. c. disp. 1. p. 8. n. 8. Notanter pono illud (scitque quid sit jurare) propter ea, quæ dicta sunt cap. 1. §. 1. n. 8. & iterum dicitur de voto c. 9. §. 1. v. Remanet.

5. Dico secundò, si quis juret cum animo solius promissionis humanæ, atque adeò non sub autoritate testimonij divini, seu, quod idem est, non cum animo se obligandi ex vi virtutis Religionis, idem dici debet, quod modò n. 4. innuimus, quia illud, quod sub divino testimonio non assertur, nullo modo est juramentum, ut colligitur ex *ibid.* remanebit ergo solum promissio humana, de qua alibi disputatur.

6. Dico tertio, jurare sine animo promittendi ex vi humanæ fidelitatis, sed cum animo obligandi se ex vi Religionis, non esse saltem mortale, si sit animus implendi: Ratio est, quia jam invocatur Deus cum veritate, & voluntate rem promissam implendi ex vi testimonij divini. Quòd si non addit ejusmodi implendi animus, erit *scilicet* perjurium, quia invocatur Deus cum falsitate. Quando autem deest animus implendi ex vi solius fidelitatis humanæ, erit quidem peccatum, sed veniale: quia quantum est ex hoc capite, nisi damnum grave inferatur, vel quid simile, solum est mendacium leve.

Quenam obligatio nascatur ex Iuramento doloso promissorio, & quando.

7. Dico primò; Ex quibuscunque æquivocis juramentis, vel quoquo modo factis, quæ in conscientia non sunt vera juramenta promissoria, non nascitur obligatio ex vi Religionis. Sic Sanch. lib. 1. de mar. disp. 9. n. 8. & lib. 3. Dec. c. 10. n. 4. Ratio est, quia obligatio non oritur, ut ex dictis patet, nisi ex vero juramento, in quo invocatur Deus. Hinc videt, non requiri dispensationem ad hæc juramenta negligenda, cùm, ubi non est vinculum, solutio esse non possit.

Contra, quando fuit fictio circa rem implendam (jurat quis, v. g. se elemosynam daturum cum animo non dandi) nascitur obligatio ex vi Religionis, seu, quod idem est, ex vi juramenti. Ita *ibid.* contra Sanch. v. Iuram. n. 4. fin. Ratio mihi certissima est, quia sic jurans verò juramē-